

verbo Metus, num. 43. Montanus in addit. ad Antonin. Olivar. de act. part. 2. lib. 1. cap. 14. num. 22. tom. 2. fol. 256. col. 2. Mogollon de metu cap. 9. nu. 25. Cabrereros eod. tract. lib. 2. cap. 20. Nigreit. de confect. testam. lib. 1. cap. 10. n. 42. Cuius vera ratio est, quod voluntas, & consensus in actu testandi debet esse liber, & absolutus. l. 1. ibi: Liber sit stylus, C. de sacros. Eccles. Et metus excludit consensum, l. nihil 116. ff. de reg. iur. quidquid contrarium dixerint plures relati a Cabrereros d. cap. 20. num. 39.

14 Et in testamento facto per errorem, ut in l. Pactuleius Androsthenes fin. ff. de hered. instituend. quod ex defectu voluntatis testatis invalidum est, ut patet in verbis, ibi: Ex voluntate testantis, l. si pater, l. nec apud, C. de hered. instit. l. eam quam, C. de fideicommiss. l. 21. tit. 1. part. 6. Bartol. & Corn. in dict. l. si pater, vbi Paul. col. 2. Iasson in dict. l. eam quam, n. 16. Crotus in l. qui Romae, §. duo fratres, num. 26. ff. de verb. oblig. Villalobos in arar. commun. opinion. 2. tom. fol. 366. verbo testamentum. Simon de Præcis de interpret. ultim. vol. lib. 2. fol. 3. ex num. 121. & seqq.

Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 2. num. 3. vers. Ergo, Martiæ in l. 1. tit. 4. lib. 3. Recopil. glossa 10. num. 4. Marta de success. legal. part. 4. quest. 11. art. 3. per totum. Nigreit. de confect. testam. lib. 1. cap. 6. n. 4. & 5. Et nil minus, quia nihil est, quod magis excludat consensum quam error, l. si per errorem, ff. de iurisdic. omn. iudic. l. 1. ff. de pactis, l. error, C. de iur. & fact. ignorantia, d. l. si pater, d. nec apud, C. de hered. instituend. cum congestis a Velasco axiomat. iur. tit. E. num. 48.

15 Et in secundo testamento, quando præcessit primum habens clausulam derogatoriam, nam ex defectu voluntatis hoc secundum nullum est nisi in eo specialiter exprimat testator se prioris voluntatis suæ poenituisse, l. si quis in principio, ff. de legat. 3. l. si mihi 12. §. ultim. de leg. 1. Covarrubias de testamentis in 2. part. Rubr. Menochius de presump. lib. 4. pres. 166. Sim. de Præcis de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 2. Mantica de coniecturis ultimarum volunt. lib. 12. tit. 8. Marta de success. legal. part. 4. art. 7. quest. 4. Et de clausulis part. 3. clausula 6. Julius Clarus §. Testamentum, quest.

quest. 99. Cardinalis Thuse. conclus. 152. litt. F. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 48. Gomez Baio. in prax. lib. 1. cap. 25. num. 32. Barbof. voto 11. nu. 5. Thom. Sanch. conf. Mor. lib. 4. cap. 11. dub. 23. Burret. decis. 901. nu. 21. Thadeus Pifos lib. 1. var. resol. cap. 12. nu. 16. Fachineus lib. 4. controu. cap. 92. Cancerius lib. 1. var. cap. 4. num. 11. Quidquid dixerint Antonius Faber part. 2. de errorib. Pragmaticorū. Decade 37. errore 7. & decade 38. errore 1. Antonius Merenda lib. 4. controuers. cap. 49.

17 Cum igitur testamenti causa efficiens voluntas testantis sit, si hæc non fuerit perfecta, testamentum etiam perfectum nõ erit. Est enim perfectum, quod ex omnibus partibus constat, ut Cõsultus inquit in l. 1. ff. de origine iuris. Et in testamento

18 quadruplici ex parte perfectionem constituendam esse, siue quadruplicem perfectionem intervenire debere scripsit Baldus in lege 1. ff. de testamentis. Prima, & præcipua consistit in perfectione voluntatis ipsius testatoris per eum plene declarata, & completa, de qua in l. si is qui in lege ex ea scripturas

ff. de testamentis. Et appellatur perfectio voluntatis. Secunda in hæredis institutione, quæ forma substantialis, & caput est testamenti, sine qua iure communi corrumpitur testamentum, l. 1. ff. de vulgaris, ante hæredis instit. de legatis. Et dicitur Perfectio substantialis, siue formalis. Tertia in solemnitate adhibenda versatur, & nuncupatur Perfectio solemnitatis, quæ etiam dicitur Diligentia legum, l. Codicillis, §. ultim. ff. de legatis. 2. Quarta & ultima versatur circa confirmationem, & effectum ipsius testamenti, & nominatur Perfectio ultima, & est duplex, prima contingit per testatoris mortem, quæ testamentum efficitur irrevocabile: morte siquidem testatis testamentum confirmatur, l. 1. ff. de testamentis, cap. cum Maria de celebrat. Missar. Divus Paulus ad Hæbreos cap. 9. ibi: Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat, testatoris, testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet dum vivit qui testatus est. Altera pendet a voluntate hæredis in eo instituti, quippè quod adeat hæreditatem, additio enim hereditatis



tatis ultima perfectio est testamenti; quia tunc consequitur effectum, & reduci amplius non potest ad causam intestati, *l. si alienum. §. in extraneis. ff. de heredib. instit.*

<sup>26</sup> Baldum sic distinguentem secuti sunt. Castrensis, *ind. l. 1. nu. 5.* Gothofred. *ibi. l. tit. G. Portius, in principio instit. de testam. num. 5.* Iasson *in conf. 196. col. 2. lib. 2. §. conf. 5. lib. 3.* Menochius *conf. 176. num. 4. vol. 2. §. conf. 224. num. 15. vol. 3.* Guilielmus Benedictus *in Cap. Rainuntius in verbo testamentum. 1. in fine, & in verbo mortuo itaque testatore etiam 1. extra de testament. Matiençus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloss. 14. ex num. 1.* D. Castillo, *lib. 4. controvers. cap. 21. num. 39.* Marcus Anton. Natta *in l. hac Consultissima, §. ex imperfecto num. 28. C. de testamentis.* Qui ex sententia Ancharrani perfectio-

27

nem addidit quintam consistentem in personam testatoris, ut scilicet fuerit ad testandum habilis. *l. si queramus. 4. ff. de testam.* Capi-

cus Latio *decis. 140. num. 20. lib. 2.* Cæterum Immola *in l. si quis. col. 1. ff. de testamentis.* Perfectionem duplicem tantum consideravit, nempe ra-

tionem voluntatis, & rationem solemnitatis; sic quoque Rodericus Suarez, *in l. quoniam in prioribus, quest. 4. vers. Duplex censetur imperfectio, C. de inoffic. testam.* Quæ divisio melior videtur Menochio, *dict. conf. 224. num. 15.* Quam supra relata ex Baldo, & inquit, quod divisionem traditam ab Immola omnes sequuntur; & certè comprehendit omnia, quia ut ex Bartulo traditur infra, *Cap. seq. in princip.* In testamento duplex datur forma, substantialis, & probatoria, & ita duplex tantum perfectio, quæ est unicuique formæ conveniat debet considerari, & à forma substantiali, quæ est voluntas desumitur perfectio voluntatis, & à forma probatoria, quæ est solemnitas perfectio solemnitatis, & sic communiter recepta est.

29

Sed quod omnes fatentur, & ad rem nostram facit illud est, quod inter has testamenti perfectiones, illa est omnium prima, & præcipua, quæ ex testantis voluntate pendet, cum scilicet perfectè apparet illum ita voluisse; sic Menochius *de præsumption. lib. 4. præf. 5. nu. 1.* Nihil enim est, quod magis pertineat ad

sub-

substantiam testamenti, quæ mens testatoris, cum testamentum testatio mentis sit. *Princip. instit. de testament.* Et iusta sententia voluntatis. *l. 1. ff. eod.* Voluntas autem, ut causa efficiens, & præcipua testamenti, totum in eo facit. *l. ex facto, §. verum, ff. de hered. instit. l. si mihi, & tibi in fine, ff. de legat. 1.* Et tæquam regina in testamentis dominatur, primum locum obtinet, & ad vnguem est observanda, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat. l. 1. C. de sacros. Eccles. Authent. de nuptijs, §. dis. ponat, collat. 4.* Nogueroi *allegat. 23. num. 4.* Mantica *de conjecturis, lib. 2. tit. 4. num. 1.* Carleval *de iudicij, lib. 1. tit. 3. disput. 5. num. 20.* latissimè D. Castillo, *tom. 4. controvers. cap. 8. per totum.* Nec inspiciendū est, quod testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. cum pater, §. donationis, ff. de legat. 2. D. Valenç. Velazq. consil. 124. n. 27.* quare Quintilianus *declamat. 308.* inquit: *neque enim videtur minus solatium mortis, quam voluntas extra mortem; nec alicui potest gravius quidquam videri, quam ipsum patrimonium, si non integram legem habet, ut cum omne ius nobis in-*

id permittatur viventibus, auferatur morientibus, Casiodor. *lib. 5. var. cap. 21.* vivat tibi (inquit) perpetuis seculis decedentium voluntas. Vnde de hac testamenti perfectione acturus, utpotè principali, & certè difficiliore, latus se se offert campus, sed quia non lim latos commentarios facere, quia brevitate gaudent moderni, ut est Gloss. *in l. 1. ff. quod metus causa,* præcipua tantum disputabo, multis remissivè, & breviter traditis, secutus sententiam, Quintilianus, *lib. 4. cap. 2.* ibi: *Brevitatem in eo ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam oportet.* Quæ materia licet ab omnibus ubique tractata sit à nemine tamen, quem viderim, latè, & ex professo exornata est, cum sit disputatio frequens, & practica, & quæ quotidie accidit controversere in Academijs, & in Tribunalibus. Ut quit sit imperfectum testamentum ratione voluntatis, & quid ratione solemnitatis, quando voluntas dicatur perfecta, quando imperfecta, quando sustineatur cum non sit solemnitas, quando testamentum inceptum, & non completum ob impedimentum super-

per-



perveniens sustineatur ratione voluntatis perfectæ, & an illo revocetur primum solemne, & similia, quæ factis quotidiana esse agnovit, Castillo d. cap. 21. num. 13. vbi hæc scribens commendat ut quotidiana & singularia. Et facit l. legat. 24. ff. de liberat. legat. ibi: Et plenius rogo, quæ ad hæc spectant attingas, quotidiana enim sunt.

36 Et in primis animadvertendum est, testamentum imperfectum ratione voluntatis, vel solemnitatis, vel perfectum ratione voluntatis, imperfectum tamen ratione solemnitatis non esse novum genus testamentorum de his, quæ hodie in usu sunt, inscriptis scilicet, & nuncupativum; ut annotavit Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quest. 4. art. 6. num. 17. in fine. Sed in quocumque testamento alia est causa efficiens, quæ est voluntas, & si perfecta sit, dicitur testamentum perfectum esse ratione voluntatis, alia est solemnitas adhibenda, qua non adhibita dicitur testamentum imperfectum ratione solemnitatis. In alijs tamen Regnis, & Provincijs, hodie diversa testamento-

rum genera dantur, sed in illis semper attenditur perfectio voluntatis, & in alijs quibus maximè relucet, ut in Catalonia, in qua quoddam genus testamentorum datur, quod dicitur Sacramentale, quod proprie nec in scriptis, nec nuncupativum est, quia in multis differt; de quo Cancerius lib. 1. variar. cap. 4. ex num. 71. cum se 19. vbi dicit huiusmodi testamentum esse, cum ultima voluntas deliberata, & animo disponendi manifestata probatur ex depositione duorum testium sine aliqua solemnitate: quod testamentum quare dicitur Sacramentale non dicit, sed hoc existimo esse, quia ex depositione iurata duorum testium conficitur; iuramentum, & enim Sacramentum appellatur. Authent. Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, l. cum quidam. 20. C. de fide instrum. t. & in hoc testamenti genere maximè relucet Perfectio voluntatis testantis; nam ut dicit Cancerius num. 76. cum duplex sit forma testamenti, probatoria, & substantialis, circa formam probatoriam, ut omnis solemnitas Iuris Civilis est relaxata in testa-

testamento inter liberos, & ad pias causas, & militari; sic in testamento Sacramentali; circa verò formam substantialem, quæ consistit in voluntate, & consensu in nullo testamento est aliquid immutatum, imò servatur dispositio iuris Civilis, quoad omnia testamenta, & sic in illo testamento, quod ex depositione iurata testium conficitur, cum solemnitas relaxetur, voluntatis perfectio tantum consideratur, qua interveniente validum fit testamentum: sic quoque in nostro Regno dispositio iuris Civilis in dict. l. si quis cum testamentum, 25. ff. de testamentis in viridi est observantia, & non est mutata, aut alterata lege Regia aliqua, ut infra dicitur cap. 3. ex num. 32. usque ad finem.

43 Igitur perfecti, & imperfecti testamenti materia traditur à Iavoleno iureconsulto in d. l. si quis cum testamentum 25. Cuius species, & illius decisio traditur, & toto hoc opere pro viribus enucleatur, & interpretatur, præcipue ex capite tertio cum omnibus sequentibus. Faciunt etiam ex iure Civili, textus in l. ex ea scriptura, ff. 44

de testamentis, l. Lucius, ff. de testam. Milit. l. 2. l. quoties 9. §. tantumdem, ff. de hered. instituend. l. cum pater. 79. §. vicos, ff. de legat. 2. l. fideicommissa §. quoties, ff. de legat. 3. l. in testamento, ff. de fideicommissar. libertat. l. iubemus. 29. l. h. ac consultiissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis, l. furiosum, C. qui testam. fac. poss. l. si testamentum §. C. de instit. & substit. l. fin. §. illud quoque, C. de codicillis, l. inter omnes fin. C. familia eriscunda, §. ex eo instit. quib. mod. testam. infirm. ex iure Canonico, text. in cap. relatum, cap. cum esbas extra de testament. ex iure Regio, l. 23. tit. 1. p. 6. l. 11. tit. 3. ead. part. l. 3. Tauris, quæ est 2. tit. 4. lib. 5. Recop. Et in his iuribus materia hæc perfectionis traditur; de illis autem, & de perfectione testamenti ratione voluntatis, & ratione solemnitatis, post Bartolum, Angelum, Baldum, Castrensem, Cumanum, Immolam, Aretinum, Neviolum, & Cuiacium in d. l. si quis cum testamentum, & etiam Baldum in d. l. ex ea scriptura, & in l. 1. m. 61. C. de sacrosanct. Eccles. Agunt latè aliqui, alteri verò pasim, & minutè ex Consulentijs.

Idem Bartolus in cons. 46.